

suis. Reliquis vero, qui alias metropolitanas sedes adepti sunt, non primates, sed metropolitani nominentur. Si autem aliquis metropolitanorum inflatus fuerit et sine omnium conprovincialium presentia^a vel consilia episcoporum aut eorum aut alias nisi eas tantum, quæ ad propriam suam pertinent parochiam, agere aut eos gravare voluerit, ab omnibus districtè corrigatur, ne talia deinceps presumere audeat. Si vero incorrigibilis eisque inoboediens apparuerit, ad hanc apostolicam sedem, cui omnia episcoporum iudicia terminare praecepta sunt, eius contumacia referatur, ut vindicta de eo fiat et ceteri timorem habeant. Si autem propter nimiam longinquitatem aut temporis incommoditatem vel itineris asperitatem grave ad hanc sedem eius causam deferre fuerit, tunc ad eius primatem causa deferatur et poenes ipsum huius sanctae sedis auctoritate iudicetur. Similiter si aliquis episcoporum proprium metropolitanum suspectum habuerit, apud primatem dioceseos aut apud hanc apostolicam sedem audiatur. Qui maior est vestrum, secundum dominicam iussionem sit vester minister, et quantum^b maior es, in omnibus humilia te ipsum. Karissimi, nolite inter vos contendere, nec quaerat aliquis maior esse, sed iuxta apostolum diligite vos in^c invicem, quoniam karitas ex deo est, et omnis, qui diligit, ex deo natus est et cognoscit deum. Qui non diligit, non novit deum, quoniam deus caritas est.

<C. 14> EX EPISTOLA ELEUTHERII PAPAE, QUI FUIT QUARTUS X^{mus} POST PETRUM.

De accusationibus vero conprovincialibus ita legitur esse statutum: Si quis super quibuslibet criminibus quemlibet clericum pulsandum crediderit, in provincia, in qua consistit ille, qui pulsatur, suas exerat actiones, nec estimet^d eum alibi aut longius iudicium pertrahendum. Ille vero, qui pul-

a) korr. aus presentium B.
d) korr. aus stimet B.

b) -tum Beginn fol. 7^r B.

c) nachgetr. B.

285 nach suis folgt Nulli archiepiscopi primates vocentur nisi illi, qui primas teneant civitates, quarum episcopos apostoli et successores eorum regulariter patriarchas vel primates esse constituerunt, nisi aliqua gens deinceps ad fidem convertatur, cui necesse sit propter multitudinem episcoporum primatem constitui PsIs. Reliqui PsIs; Pitt. 287 consilio (aber consilia O93; P9629) PsIs; Pitt. 288 alias causas PsIs; Pitt. 300 quanto (aber quantum I83; N442) PsIs; Pitt. 302 in fehlt PsIs; Pitt. <C. 14> 305-334 Ps.-Eleutherus (JK † 68) c. 4-6, mit teilweise frei formulierter Inschrift, ed. HINSCHIUS S. 126 Z. 13 - S. 127 Z. 11; ed. SCHON 030.htm. Darin 318 Exod. 23, 2; 319 Exod. 23, 1; 320 1. Paral. 28, 9; 322 1. Reg. 16, 7; 327 Rom. 13, 10; 327 1. Ioh. 4, 20.

Abweichungen: 310 Illi PsIs (aber ille u. a. I83; P102; V630; VD38).